



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

49. In Festo S. Lamberti Tripartita. Laudemus viros gloriosos parentes nostros in generatione sua, &c. Ecclesiastici. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

perseverans, ex hac luce evocatus est ad celestem lucem, atque eternitatis feliciter renatus, mercedem recepit à Virgine Deipara, ad cuius cultum innumera millia zelo ardentissimo induxerat.

C6cluso. **O**blecramus te per sanctam Nativitatem tuam, ô Beatissima Virga, Mater Dei electa, ut verum solidumque gaudium conscientie nobis impetres, gaudium illud in quo consistit Regnum Dei quod intra nos est. Et quia ex te ortus est ille qui solvens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donat vitam sempiternam: Fac meritis & precibus tuis ut omnis à vertice nostro maledictio dispellatur, omnisque benedictio corda nostra repleat. Ac tandem morte felici æternitatis natiuitatem consecuti, vitam illam possideamus, in qua te cum Filio tuo videre possimus, & in eius tuoque confortio misericordias Domini in æternum cantare.

IN FESTO S. LAMBERTI.

17. Sept.

Lect. 48. *Laudemus viros gloriosos, Parentes nostros in generatione sua. Eccl. 4.4.*

Exordii. **F**ili huius seculi de avitis stemmatibus gloriantes, solent ætia sua parentum fumosis imaginibus adornare, & eorum heroica gesta bellicaque trophæa, sæpè repetitis encomiis in cœlum usque tollere. Neque ad eò eis obicitur, si inde stimulum ad virtutem desumant, si avito splendore & generi labem non impergant otio degeneri. Longè verè potiori ratione, decet nos laudare viros jam in cœlo gloriosos, parentes nostros in generatione sua: Nos enim filii Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus est his, qui fidem nunquam mutant ab eo. Illos parentes nostros securè laudamus, qui nos Christo genuerunt semine verbi Dei, doctrinæque & exemplo sanctæ fidei: quia nunc in cœlo agunt, tanquam Senatores regni, tanquam Patres conscripti. A filijs autem huius sæculi multi laudantur in terris, quorum animæ æternum torquentur in inferis. O fors infelix! ô laus inanis!

Inter Parentes porò gloriosos meritò recensemur S. Lambertus, qui multos Christo filios peperit, non solum in Leodicensi ditione, sed etiam in circumvicinis Provinciis & populis, quos ad fidem lucem eduxit, vel in ea confirmavit. Ideo ejus hodie festivitas & memoria cum benedictione plerisque in locis celebratur. Tu igitur, Pater sancte, qui Angelicis jam choris insertus es, & divino altari vicinus, impetra mihi calculum prophetæ, quo tibi ego laborum meorum extergatur, benedictionem impetra, ut aliquam laudem tuarum delibare valeam portionum, eamque filiorum tuorum avidis cordibus refundere.

Proposicio. Tria porò in S. Patroni laudem hic explicanda nobis sunt. 1. Quam gloriosus in vita. 2. Quam gloriosus in morte. 3. Quam gloriosus post mortem.

Proprium virtutis premium est, laudis elogium. Laus haud solida est vera, sed stolidæ & vanæ, quæ aliunde quam à virtute procedit, aut à veris animæ bonis. Hoc agnovimus antiqui Sapientes, vitæ in vitâ inter quos quidam sic loquitur: Si laudas virum, quia dives est, hoc fortuna debetur. Si quia fortis, agri- tudine satigabitur. Si quia nobilis, parentes ejus laudas, non ipsum: Si quia pulcher, in senectâ pulchritudo abibit. Sed si laudas, quia sapiens, bonus, moribus ipsum de Deo Solaudas, siquidem hoc non est ætate casu pendulum, crasso nec à genitoribus hereditarium. Hoc ipsum indicat Ecclesiasticus, dum rationem afferens cur laudare conveniat viros gloriosos parentes nostros in generatione sua, non allegat gloriam sæculi, non nobilitatem aut divitias mundi, non decorem corporis aut pulchritudinem faciei: sed longe sublimiores rationes in medium producit.

1. Quia per eos multam gloriam fecit Dominus, sive multa gloriosa operatus est, multaque magnifica: sic laus eorum in Dei laudem refunditur, quasi rivulus in fontem.

2. Quia fuerunt homines Magni virtute, & prudentia sua pradii, virtute prudentia sanctissima verba in populo nuntiantes.

3. Quia non sectari sunt opes, aut gratiam, decoremque inanem exterius promicantem, sed divitiis virtutem sibi sufficere ducentes, veræ sapientie cultores fuerunt, veræ Pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis, pacem secum & cum suis foventes, & ad veram pacem omnes inducere conitentes.

4. Quia Viri sunt misericordie, quorum pietates non defuerunt. Quare Viri misericordie? Audi ex S. Bernardo. Quia misericordiam à Deo consecuti, misericorditer quoque nobis à Deo dati, misericordiam erga proximum fuerunt pleni, & pietate erga Deum. Propterea rursus de eis subdit Ecclesiasticus: Sapientiam eorum narravit populi, & laud in eorum nuntiat Ecclesiæ, virtutis nomen in generationem & generationem. Nempe qui laudem terrenam fugerunt, & calcarunt gloriam sæculi, veram nunc laudem & gloriam promerentur, cum in cœlo, tum in sæculo. Honor enim & gloria est velut umbra, fugit se insequentes, & sequitur se fugientes.

Laude igitur & benedictione prosequimur celebri hoc nobis die, Virum gloriosum, Parentem nostrum S. Lambertum, non quia è copiosis nobilitatibusque prognatus est parentibus, ex illustri prosapia Trajecti ortus; sed quia in omni ætate Deus per eum gloriosa operatus est & magnifica: quia dives & magnus fuit virtute & sapientia, quia sapientia & prudentia verba sanctissima populi maxime cum frange ministravit. Denique, quia ejus pietas nunquam defecit, zelo erga Deum, exemplo erga proximum. Sed pauca ex multis in particulari de his attingamus.

In primis, sanctitatis signa, & innocentiam eam testimonio feliciter in eo auspicio ostendit Deus, non ab ineunte ætate, dum viros liberos recte derulit, & puerum

S. Lamb.

invenit in cœlo, dum viros liberos recte derulit, & puerum

parvas

monita

monita

prunas Præceptorum hyeme ignem postulant; in
suum enim & vestem illas congestit, nec maculæ
quicquam visum est, aut ulla ulularionis. Castimoniam
perfectæ, tam præsentis, quam futuræ, signum id
voco; quia olim ita castitas & integritas solita fuit
probari.

Sic ex antiquis Patribus quidam toto incumbens
zelo conversioni Meretricis celebris, cui nomen
Porphyria, cum ob frequens ejus alloquium (per
quod tandem conversionem ejus operatus est) su-
spicionem apud nonnullos incurrisset, voluit se
expurgare publicus. Hoc igitur ut efficaciter fa-
ceret, carbones ardenes in vestem accepit, & ar-
denti fide coram multis dixit: *Credite fratres, quod
sicut rubrum Deus custodivit illa sum ab igne, & sicut
nec tunicam hanc incendunt pruna: ita nec ego cogno-
scitur peccatum mulieris, ex quo natus sum.* Ita refertur
in vita S. Joannis Eleemolynarii.

Simile audi de B. Simplicio. Electus fuerat Episcopus
Augustodunensis, uxoratus. Uxor, quia cum eo
semper castitatem servarat, nec domo, nec thoro se-
parata est, secuta à libidinis incendio: Interim non
desit Satan eis excitare calumniam: ita ut quodam
matalis Domini die concurrerent eives, & hæc uxori
sanctæ improperarent: *Incredibile est mulierem
semper viro adhaerentem abstinere à viro, & à cor-
ruptione immuncum esse, quia scriptum est: Nemo at-
tendit ignem in sinu, & non comburitur. Nemo tan-
git picem, & non inquinatur.* His ipsa commoda, vo-
cat puellam quæ ad depellendum frigus arculam
carbonibus plenam tenebat, expansumque veste pi-
nas omnes ardenes suscepit, & spatio horæ sedit.
Evocansque vitum suum Pontificem, ait: *Accipe &
hinc ignem tuum nequam velaminibus nociturum,
ut ostendant hæc flamma extinguita esse in nobis flamma
luxuria.* Fecit, nec velamen nocumentum accepit.
Hoc miraculo populus credidit, & intra se-
ptem dies ultra mille homines invocatione sancti la-
vati sunt sanctificati, & fidei ex incredulitate ad-
iuncti. Ita S. Gregor. Turon. de glor. Confessorum
cap. 76. & 77.

Dicimus ergo hic non ab similitudine, signum istud
prodigiosum in adolescentulæ ætatis primordiis à
S. Lamberto editum, symbolum fuisse integritatis
& castitatis, quam in omni ætate mitè coluit; pro
quâ etiam sanguinem oppignoravit, dum adu-
terium constanti voce prohibens, fectus est *Viti-
na castitatis & pudicitie*; pro cuius tutela decer-
bat. Hanc ergo inter sæculi illecebras, quasi in-
ter flammam inclementem servavit, ideoque illæsus
ignem in veste portare valuit: O innocentiam lau-
de dignam.

Uterius S. Lambertus ob eximiam castimoniam &
pietatis, simulque ob prudentiæ & sapientiæ lau-
dem, licet ætate junior, Episcopatum coactus est
suscipere, urgentibus vocis Procerum & patris plebis.
Successit enim Sancto Theodoro, viro in clyto, per
martyrium sublato: sub cuius disciplina jam ado-
lescentis traditus fuerat sacris litteris imbuendus.

Sub eo autem ita profecit, ut spiritum duplicem p[er]
Magistri hauserit; non solum successores & hæres, ef-
fectus Episcopalis Pallii; sed etiam gloriosi Mar-
tyrii, ac omnium virtutum imitator. Non ergo ad
Episcopalem dignitatem arte irrepit, aut temere
se ingessit: non per carminum fuliginosæ ambitio-
nis ardentis que cupiditatis ascendit, sed per oltium
divinæ sibi vocatione apertum intravit. Vocatus
enim est ab eo qui dicit: *Ego sum ostium, per me si quis
introverserit, salvabitur & ingredietur, & egredietur,
& pascha inveniet.* Vocatus est ab eo qui prius
est Pastor, & Princeps Pastorum, qui potest cui vult
dicere: *Pasce agnos meos, Pasce oves meas.* Quapro-
pter S. Lambertus suam vocationem agnoscens, il-
lud Hieremias valuit ut irpare: *Ego autem non sum
turbatus, te Pastorem sequens; diem hominis non des-
deravi, tu scu.* Quali diceret ex conscientie testi-
monio securo: *Tu scis, Domine, quod honorum
hunc non ambivi, nec diem illum concupi vi quo
evecus sum ad gradum sublimem, quem ambire
solent homines & desiderate, tanquam diem felici-
tatis & prosperitatis, ut honorentur, ut deliciantur,
ut plausus hominum secutentur; nam homines
hanc esse felicem sortem autumant. Sed potius ex-
timui hunc diem prosperitatis humanæ, & dignita-
tis excellæ, sciens non nullorum querimoniam esse:
Elevaris allisisti me. Et rursus: *Resististi me super vea.
tum, & resististi me valida.* Ego propterea dum exalta-
sti me, non exaltavi cor meum, neque elati sunt oculi
mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus
superbis; sed deieci me infra me; & tandem non fum
turbatus te Pastorem sequentem, vocique tuo obedi-
endo actui gregis curam in me, sed lub te, susci-
piendo. Hæc omnia tu scis Domine, quia in celo est
testis meus, & confitens meus in excellis.*

Hæc potuit dicere, qui ex humilitate cupiebat
latere sub medio, ne forte fumigaret in sublimi can-
delabro. Sed qui supremus est Dominus domus,
Lucernam ipsum effecit, non fumigantem, sed
flammantem, non turbidam, sed coruscantem, &
posuit in sublime: sicque Lambertus per illum ascen-
dit qui ipsum prius accendit, ut luceret omnibus qui
in domo sunt. Neque potuit se exultare super æta-
te juniori, qui inter Seniores promovebatur, & il-
lis prædicabatur. Erat enim in illo *Ætas senectutis Sap.
vita immaculata; & cani sensus ab adolescentia.* Mo-
nitum illud Apostoli ad Timotheum Episcopum
scribentis animo jam imbibere, & cordi adpre-
sserat. *Nemo adolescentiam suam consermat. Sed esto
exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in cha-
ritate, in fide, in castitate.* Nempe in qua vel ætate
communiatur Deus spiritum veræ sapientiæ quibus
vult. De qua te dicebat S. Ignatius episcopus Magne-
sianus: *Daniel sapientissimus, duodecim annorum
effectus, Spiritu sancto repletus est: & Seniores can-
nitatem vanam habentes, calumniatores & aliena
pulsibus studiis appetentes esse manifestavit. Samuel
etiam cum esset pusillus, nonagenarium Eli sacerdos
per increpationem rearguit, quod honoraret filius
sua*

S. Lamb.
ad Episco-
patum
coactus.

supra Deum. Similiter audis Hieremias à Domino: Noli dicere Puer ego sum. Salomon duodecimo anno incipiens regnare, meretricium quæstionem dissolvit. Josai alio annorum aras & monumenta subvertere cepit, lucos excidit, & templa demonibus consecrata. Hæc S. Ignatius.

Itaque, mox susceptâ Episcopali curâ, in curanda Dei Ecclesia sefe gregis foruam, vitumque prorsus Apostolicum exhibuit; non solum verbo, sed etiam exemplo, in omni caritatis officio, in fidei fervore, in spei longanimitate & pietatis perseverantia. Sicque populis ministrans sapientie sanctissima verba, & sanctimonie efficacissima exempla, multorum animos à tenebris errorum ad fidei lucem, à cæno vitiorum ad sinceram virtutem traducit. Ac sicut adhuc puer ex arida terra & petra aquam eduxerat precibus suis, cum pueritia suâ instructore Landoaldo Presbytero: ita postmodum è cordibus tenebris & aridis, immò saxeis, aquam gratiæ & compunctionis, aquam lachrymarum & devotionis potuit elicere, in conversione eorum. Laxatam enim & luxatam disciplinam Ecclesiasticam reformavit, & integrum restituit. Ad Taxandros, Brabantos, aliosque finitimos populos digressus eos jugi prædicatione & mirabili patientia ad Christum convertit, suaque Diocesi adiecit, verè horum apostolus. Quinimò plures nobilitatis genere illustres, ac postmodum sanctitate illustriores, ad sæculi contemptum induxit. Inter hos fuit Landrada Virgo nobilissima, quæ velum è manibus ejus sanctissimis suscepit, quo Christum sibi in sponsum assumere se profiteretur. Item, Oda Ducis Aquitanie vidua, quæ Christianæ perfectionis desiderio frequentans Virum Dei in ejusdem monitis ad consummandæ viduitatis sanctæ coepum certamen sese accinxit, & possessiones suas per amplas in pauperum ac Ecclesiæ usum erogavit; Dominumque ipsum in specie pauperis in domum suam suscipere promeruit. Denique, & his accensendus est sanctus Hubertus, qui ad Lambertum cælitus est missus, ac deinde ejus instructione, & hortatu, archiorem viam est ingressus; spiritusque gloriæ mundanæ illecebris Christi amore, sub regulari disciplina S. Remacii vitam egit sanctissimam. Ac postmodum devotionis ardore limina Apostolorum adiens Lambertus successore divinitus est ordinatus per Scirgium Pontificem.

O virum igitur laude dignum, ob sapientiam & prudentiam, quâ populis nunciavit sanctissima verba: ob zelum & charitatem; quâ tot animas ad Christum convertit, & ad sæculi despectum: ob fidei fervorem & constantiam, quæ nunquam in ipso intepuit aut vacillavit: ob patientiam & spei longanimitatem, quæ in ipso admirabilis fuit.

S. Lambertus multo ad contemptum sæculi superduxit.
An non admirabilis in eo patientia & spei longanimitas, dum turbante Ebroiao Apostata factio- nibus suis regni Francorum statum ipsumque Lam-
Vitæ fortiter.

bertum è sede sua Episcopali deturbante, ipse in Cænobio Stabulensi septem annis exulare cogitur? An non ibi Monasticæ discipline, & jugo obedientiæ, Tyronis instat, se subdidit? An non admiranda perseverantia orationi insistebat, & penitentiis corpus marcerabat, cilicium ad nudam carnem cum nodosâ chorda gereus amictum? An non hoc solo amictu contentus, noctes nive geluque asperas sub dio ante Crucifixi imaginem orationi defixus peregit? O humilitas, ô abstinencia, ô pietas, ô rerum omnium sublunarium despicientia in ipso plane laude digna! Laudemus igitur exultantibus animis Virum gloriosum, Parentem nostrum in generatione sua, cujus memoria in benedictione est, & nomen vivit in generatione & generationem, imò vivet in sæcula sæculorum.

Mortis ac martyrii S. Lamberti occasio nota Pars II. est, cum convenit tamen hic rememorare, De gloria ad inclity Pontificis gloriam Pipinus Rex Austrasie, qui tunc circa Leodium in Jupilia fuerat. Pater ejus morte legitima uxore relicta Alpaidem superduxerat. In aula autem Principum vix reperias qui veritatem aperiant, & reprehendant eorum vitia & dedecora. Blanditiores ibi & Stelliones variegati, hoc est, adulatores multi: Veritatis Consiliarii & Propugnatores pauci. Principes adiecit parietem, è luro, & Parakiti cum limum absque temperamento. Non acculantur, aut deteguntur eorum facinora ad emendationem, sed exculantur, obteguntur, vel defenduntur ad fomentum & favorem. Ipsi in suis peccatis obdormiunt, dum Consiliarii pravi sub cubito eorum pulvillo consumunt. Quia nemo in aula Regis Balchazaris arguebat eum, mittitur è celo manus & calamus, qui linguæ officium exequatur, & ei impietatem repræsentet, stupenda exarans in pariete verba, tremorem ipsi incutientia. Similiter in aula Nabuchodonosoris nemo ei veritatem aperiebat, intolerabilem nemo superbiam Regis increpabat, ideò arbor nocturno in somno ei præterata id peragit, interpretante eam Daniele. Sic in Aula Pipini Regis decerat Consiliarius apertæ veritatis assertor, & oppressæ pudicitie Tutor; non defuit Pontificis sancti vox & calamus, continuò in Regis corde lubri- co exarans & resonans instat Joannis: Non licet tibi repudiare uxorem propriam, & superinducere illegitimam.

Neque solum scripto & voce id frequenter Regi insinavit, sed etiam tacto ipso exprobravit, nolle ullatenus Alpaidem communicare, vel in colloquio, vel in cibo, licet ad regiam mensam frequenter & humiliter invitaretur. Notebat illis accensiori de quibus Propheta: *Ve vobis Speculatoribus, Cæniis, non valentes latrare.* Notebat propter ossa (propter dona aut munera) os clauderes, aut abblaudiri his qui pernicioso in statu agebant. Et quia jam exorto scandalo vulnere efficaciter medendum erat, acri vocis suæ scalpello ulcus sulcabat, ut parred-

Exech. 1.

Ibidem.

Dan. 4.

Isa. 56.



nem refecaret. Tandemque nihil se proficere certans, ne eorum contagio contaminaretur, aut peccato involvi videretur, omne Alpaidis Regis pellicis alloquium & consortium interdixit. Sic adimplebat monitum Apostolicum, & posteris Præfultibus quomodo cum peccatoribus publicis agere deberent, in se præbebat exemplum.

*Imitator
S. Lamberti.*

Quapropter eum imitatus S. Dunstanus, Cantuariensis Archiepiscopus, Anglorum Regem Edgarum adulterio contaminatum gravissime arguebat. Abstraxerat Rex puellam prænobilem è quodam Monasterio in quo educabatur, & eâ abusus fuerat cum scandalo, quia uxorem propriam habebat. Merore ob id percussus Dunstanus venit ad Regem. Cumque Rex venienti Archiepiscopo more suo occurreret, eumque per manum ad folium suum deducere veller, manum Dunstanus turbato vultu retraxit: nec se ab eo contingi passus est. Attonitus Rex inquit causam. At ille: Tu postposito omnino pudore adulterium commissisti, tu despecto Deo, signum castitatis non veritus, virgini suam integritatem eripuisti; & cur manum summo Patri virginis immolationem impuram manibus non tradam, quare? Læva prius per penitentiam manum à sordibus, & tunc dextram, quo gratia divina reconcilietur, honora & amplectere manum Pontificis. Tertius Rex terra procumbit, pedesq; Antilitis petit, se peccat. se constans, genitru vocem interruptente. Attendens igitur Dunstanus humilitatis exemplum, absolvit eum, sed penitentiam septennem injunxit. Ita habetur apud Surium mense Maio, cap. 38. vitæ ejus.

2.

Similiter imitator fuit S. Lambertus B. Raymondus de Pena Forti, qui fuit tertius Generalis Ord. Prædicatorum, miraculis florens vivus & mortuus. Hic cum foret Jacobo Regi Atagoniæ à confessionibus, sæpè monebat eum ut concubinam relinqueret: pollicebaturque id Rex, sed semper protractabat. Transitavit Rex Barcinona ad Majoricensem insulam, duxitque secum virum sanctum, spondens se concubinam relicturum, eura illuc pervenisset, ille cernens Regem non stare promissis, tunc ensque illius peccato involvi, Barcinonam repeteret: solvitur Rex id audiens, sanxit edicto ut quispiam eum transveheret sub pœna capitis. At ipse divino impulsu spiritu, cappam super mare extendit, præmissoque crucis signo ingreditur, scapulare in altum elevans scipione suo, ut serviret insulari veli. Sic ex Insula illa solvens, spiritu Dei stans; genum & sexaginta millia sex horis absolvit; Barcinonamque appulsi vestibus siccis, plebe ad miraculi confuente, & vestigia ejus excolante. Quia igitur noluit adultero communicare, Deus hoc miraculum in ejus gratiam voluit præstare, & in adulterii condemnationem.

3.

Denique imitator S. Lamberti fuit Stanislaus, fortepans publicè adulterum Regem Boleslaum. Hæc, quò non ducit salax voluptas? Non est veritas Rex ille primùm quidem concubinas suo su-

perinducere matrimonio, deinde violenter alienas uxores rapere & confutare, denique & belluino se flagitio contaminare; & de hoc nefando flagitio etiam publicitus se ostentare. Non illum pudor à turpitudine, non metus à periculo, non ratio ulla ab amentia revocabat. Quid faceret Pontifex Stanislaus, qui jam sæpius cum privatim arguerat? Indolat, & contremuravit venas ejus, & accessus est ira secundum iudicium legum Apostolica, nec zelus ejus tantam potuit nequitiam dissimulare. Juste ergo ut quoties Rex templum ingrederetur, divina cessarent officia: imò & jumento, quo ille impurus abutebatur, omnem ornatum manibus suis ipse detraxit: & dispersit, naresque & aures amputavit, ut neforianam libidinem palam coereret; hoc ipso declarans, nihil charitatis imperiosius. Ita Scriptor vitæ ejus apud Surium 7. Maji.

Sed ad S. Lambertum revertamur. Non potuit ipse non accedere in caput suum odium Alpaidis Regem illecebris suis demerantiss, nolens cui ullatenus communicare. Illud verò odium primò in minas ebullit, tandemque in tantam flammam erupit, ut nonnulli Præfultus veritatem annuociationis, & pro ejus tutela constantis, necesse & sanguine potuerit sopiri. Fanta est enim mulieris libidini deditæ crudelitas, ut nihil moderatum suadere valeat, sed extremum exitum sibi obstititibus molitur. Non est caput nequius super caput colubæ; non est ira super iram mulieris. Propterea Veni hoc Elogium adscripserunt Antiqui; Dea Machinatrix. Quod parit antiquitus in uxore Puzipharis erga castum Joseph, in Herodiade erga Baptistam, & in aliis.

Habebat igitur Alpais fratrem Arduennæ Ducem, cui nomen Dodo, hominem ferum, quem omni studio Antifitem sanctum extimulare, & incendere non destitit. Ille quasi dedecus grande suæ censens adspersum familiæ, ob publicam reprehensionem fororis suæ: hoc ulcuros, omnem inquit occasionem Viro sancto inferendæ necis. Natus est tandem eam in Ecclesia SS. Cosmæ & Damiani ad Legiam, ubi initio sui Pontificatus S. Martirem Theodardum Prædecessorem suum sepelirar. Ibi ergo oblato sacrificio orabat extensis in modum crucis brachiis; & ecce irrupte in eum locum Dodone cum suis affectis, hasta pectore ad ima transfixus est, postquam annis quadraginta fuisset Episcopus.

O Mors felix, ô gloriosum Martyrium! Postquam enim Deo sacrificium incrementum obtulisset, seipsum pro causa Christi obrulit sacrificium crucientum! O felix victima, pro tutela Castitatis & veritatis oblata, post oblationem mysticam Agni sine macula! Dicamus igitur hic illud S. Augustini serm. 44. de Sanctis: Vir beatus longanimiter tolerans omnem acerbitatem temporalium, ut coronaretur in misericordia & miserationibus mundanarum contentiosos, corporales refranavit illecebras, multas perpassus est injurias. Et in perfectione sacrificii sui illos

*Joan. de
religione
h. h. l. c.
xv. c. 10.
offertur in
sacrificium
sacrificii*

referens, seipsum obtulit holocaustum, bibens illum calicem pretiosum, quem sedens ad magnam mensam sibi prius ab invitatore viderat appositum. Si pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, quam pretiosa est illa, quæ quandam habet conjunctionem temporis & loci cum sacrificio in cruce Agni; in quo renovatur memoria sacrificii in cruce cruenti.

Sic S. *Matthæus* ad altare occiditur, quia Tutor castitatis Iphigeniæ.

Apud S. vrium 15. Kal. Aug.

Sic S. *Stanslaus* sacrificium peragens manu Boleslai Regis ante aram, trucidatur, eandem ob causam quæ S. Lambertus manu vel iussu Dodonis Ducis. Sic denique occumbit S. *Fredericus* Trajectensis Episcopus in templo, peracto sacrificio orans, idque iussu Ludovici Regis; eò quòd cum arguisset ob introductam pellicem consanguineam. O maleuada Venus, tor malorum machinatrix, tam copiosum, tamque pretiosum impietissimè fundens cruorem! Sed ò felices victimæ, tali causa, tali loco, tali tempore immolatur, & cum Principali victimâ Christo Jesu conjunctæ! Certè S. Lambertus gloriosum fuisse Martyrium, satis probat, quòd lacrimissimum Sacerdotis & Martyris corpus exanime à domesticis ejus (qui mortis periculum evaserant) in eodem orantis habitu repperit fuisse, quo ante altare sanctorum Martyrum, motu prostratum occupaverat. Apparuit quoque crucis admirabile signum super locum Viri sancti, militem Christi crucifixi virtute crucis victorem significans. Etenim Jesus crucifixus, eum vocavit, ipse cum justificavit, ipse magnificavit, ipse coronavit, ipse dedit ei certare, dedit & vincere.

En referi Officium Leodivense.

3. Esdr. 4.

Cernere est in hac gloriosa morte, quam verum sit illud apud Esdram à cubiculariis Dani Regis scriptum: *Fortè est vinum, Fortis est Rex. Fortiores sunt mulieres. Super Omnia autem vincit Veritas.* Fortè est vinum vanitatis, quod animum fortem seducere valet, & sibi subjicere. Fortis est Rex, qui omnia quæ animo ardentis suo potest jube. Fortiores sunt mulieres, quæ Regis animum valent dementare. Sed super omnia Veritas triumphat; benedictus Deus Veritatis. *Iniquum est vinum, iniquus Rex, iniqua mulieres, iniqui filii hominum, & in iniquitate sua peribunt, & Veritas manet & invalescit in æternum & vivit, & obinet in sæcula sæculorum.* Patescunt hæc omnia, dum triumphat Martyr de Rege iniquo, de Muliere furente, de Persecutoribus impiis: sicque trophæa referit fides de perfidia, veritas de vanitate, castitas de libidine, humilitas de superbia, mansuetudo de crudelitate, pietas de iniquitate, charitas de odio persequente. Benedictus ergo Martyr. Testis fidelis Divinitatis, Amator castitatis, Ofor impietatis, Sclator sanctitatis, Præco & Defensor veritatis. Hæc omnia clarius elucescent, si gloriam ejus coruscantem post mortem consideremus.

Primò, gloria S. Lambertus statim à morte cælitus manifestata est. Nam dum corpus ejus à domesticis Trajectum translatum foret ad Ecclesiam Principis Apostolorum, ut sepulchro paterno inferretur; cumque ibidem ejus celebrarentur exequia, maxima suavissimi odoris cælitus effusa fragrantia omnes fere perfusi. Sed & obignaro diligenter tumulo, & recedente populi frequentia SS. Angelorum cum hymnis & immenso lumine illic adfuit manifesta custodia. Quorum præsentiam & dulcifonam modulationem multi religiosi viri sæpius audire & videre meruerunt. Vocemque beati Martyris sibi cognitam procellati sunt se verè audisse, inter chorum illum sanctorum spirituum S. Trinitatis hymnos decantantium. Quæ visio quotidie circumquaque divulgabatur, & tota vicinia cum devotione sepulchrum Martyris frequentabat. O gloriosum virum, Deum laudantem in cælis, quem toto corde dilexerat & laudaverat in terris! O beatam animam, quæ ad tempus corpore in sacro cubili suo lætenter quiescente, exultat cum Sanctis in gloria. O sanctissimum Pontificem, antiquis non inferiorem, cujus & corpus honorat, & animam in suum suscepit consortium chorus Angelorum decantantium. Non inferior est S. Martino Sacerdotum Luce, cujus animam dum excipit Angelorum chorus, divinas eos laudes decantantes audit S. Severinus. Non inferior est S. Paulo, Monachorum Duce, quem vidit inter beatorum spirituum, Prophetarumque & Apostolorum cætus in cælum conscendere S. Antonius. Non inferior Moyse, & aliis Sanctis, quorum exequias Angeli celebrarunt, & corpora tumularunt.

PARS III. De gloria S. Lamb. post mortem.

Secundò, illud ejus gloriam in funere adauxit, quòd cum in obsequium funeris tota fere regio accurreret, fama tanti scelestis excitata; & cum sanctum corpus excolundiguita accederent omnes, nulla tamen pellex aut mulier impudica potuit accedere. Sed si qua se ingerebat ad corpus S. Martyris excolundum, quasi quodam rotata turbine sogebat retrocedere. Per hanc repulsam manifestum erat displicuisse maximè Deo, sicut & S. Martyri adulteram & pellicem illam, quæ duplici crimine sanctam conspurcavit & conturbavit Ecclesiam. Simul etiam per hoc indicabatur viri sancti castitas, quam à puero adamaret, & coluerat in finem ulque vite.

Nulla mulier impudica ad corpus S. Lamb. potuit accedere.

Propter hanc etiam castitatem, & incorruptionem corporis & mentis, voluit Deus factum ejus corpus multis annis præservari à corruptione. Nam anno decimo tertio post passum Martyrium membris adhuc solidis & intemeratis, suavissimoque odore fragrantibus, à S. Huberto ejus successore est repperit, & à Trajectensi paterno sepulchro ad Legiam, Martyrii locum, est reductum. Incorruptio ergo illa odorifera testimonium erat incorruptæ in eo virginitatis, simulque specimen quoddam & indicium futuræ in sancta hac carne gloriosæ immortalitatis. Hinc & Angeli (in illa pertione tumuli,

Translatio
S. Lamb.
fuit glo-
ria.

umuli, dum repertum fuit intemeratum Martyris corpus) rursus ut in exequiis, ejus triumphum decantarent, & gloriam Deo reddere à fidelibus multis visis & auditis sunt. Quidni ergo laudemus nos *Virum gloriosum, Parentem nostrum, quem toties Angeli collaudarunt?* Sed & illa Translatio ejus plane gloriosa fuit (quam quotannis solemniter recollit Ecclesia Leodiensis 28. Aprilis) eam comitante multorum gloria miraculorum, dum carnis redditus fuit vilis, contractis paralyticis gestus, & à multis infirmis languor omnis depullus. Habuerat quoque Hubertus varias visiones, quibus monebatur S. Martyris corpus ad locum Martyrii in Legiam transferre. Locusque ille crebris luminaribus caelitus emissis visus fuerat replendere.

Non ergo dicat quispiam hæreticus: *Cur honoras palures & cineres? Cur honoras corpus exanguis & axanime?* Ecce enim Deus illud honorat miraculis, Angeli caelestibus præconiis. Cælum lumine & splendore: quidni honorent & homines? Preciosa in conspectu Domini, in conspectu Angelorum, mors Sanctorum ejus: cur non sit & in conspectu fidelium? Honorio ergo in carne gloriosi Martyris Lamberti exceptas pro Christi fide cicatrices. *Honoro per confessionem Domini sacras cineres. Honoro in cineribus semina æternitatis. Honoro membra, que fuerunt Spiritus Sancti organa. Honoro corpus, quod me Christum docuit diligere, & pro illo mortem non timere. Honoro corpus, quod Deum honoravit in gladio, & tandem cum eo regnabit in caelo. Preciosa sunt nobis membra pro Christo contusa cicatrices remanentes, preciosa ossa & cineres, tamquam parentum pignora, tamquam triumphantium trophæa, tamquam virtutis monumenta, tamquam preciosæ confessionis testimonia, tamquam artha patrociniis, tamquam semina suscitanda, & æternum glorificanda. Ecclesia Triumphans suscipit animam, nobis relinquit corpus in amotis piguis diligenter custodiendum & honorandum, ut tantofidentius S. Martyris & Sacerdotis valeamus implorare patrocinium. Laudet ergo Legia cum filiis suis *Virum gloriosum, Parentem suum Lambertum*, ejus sacris exuviis, sacro corpore gloriatur. Sed est felicitas hæc sit Legiæ peculiaris privilegio sepulchri, est tamen omnium communione suffragii. *Non claudicet locus, quod distenditur meritis. Invocari ubique potest Martyr, quia ubique exaudit, qui in Martyre honoratur, hæc etiam est gloria Martyrum, quarum est per universum orbem semineur in cineribus portio, manes integra in virtutibus plenitudo.* Ita loquitur S. Ambrosius, ser. de S. Nazario.*

Inosypho-
tes S. Lamb.
infra an-
num mis-
re posse-
runt.

Tertio, gloria S. Lamberti ex eo etiam increvit, quod Dodo & ejus complices membrorum tremore, & horrenda Dei ultione, infra annum miserimè perierunt. Dodonis viscera omnia statim computrere, eaque mirè foetentia per os rejecit, ac tandem ob fœtoris intolerantiam corpus ejus in

Mofam projectum est verribus, & tunc corruptum. Qui S. Episcopum telo interfecerat, cum fratre suo congressus, illum occidit, & pariter ab illo peremptus est. Ita Surlus & Sigebertus in Chron. Quam vere convenit S. Lamberto illud: *Dedit Dominus Eccl. 47. confessionem sancto suo, & excelso in verbo gloria. De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam. Tunc quoque adimpletum est illud promissum Domini. Certa pro veritate usque ad mortem, & Deus expugnabit inimicos tuos.*

Joseph certavit usque ad mortem (usque ad vincula & carcerem, capitisque discrimen) pro veritate & castitate; & tandem Deus expugnabit inimicos ejus, propalans casti adolescentis innocentiam, & adulteræ detegens cum infamia fraudem flagitiosam: *Iustus es Domine, & rectum judicium tuum.*

Susanna certavit usque ad mortem pro veritate & castitate; ideo Deus suscitans spiritum Danielis adolescentis, expugnabit inimicos ejus, & condemnabit senes inveteratos dierum malorum, cruenta necesse, & perpetua ipsos plectens labe ignominia: *Iustus es Domine, & rectum judicium tuum.*

Certavit Baptistia usque ad mortem pro veritate & castitate; & licet ab adultis innocens interceptus fuerit; tamen Deus expugnabit inimicos ejus, glacie Herodiadi in undis saltitanti caput effecante, & Herode in exilio vitam ærumosam infelici morte terminante: *Iustus es Domine, & rectum judicium tuum.*

Certavit S. Stanislaus ad mortem pro veritate & castitate, & Deus expugnabit inimicos ejus, & pugnavit pro eo. Nam & corpus ipsum in agros sparsum per Aquilas à feris custodivit, & in partes lectum redintegavit. Postmodum caelestis splendoris indicio luminaribusque per decennium caelitus demissis honoravit, & honorari voluit. Denique, hostis ejus Boleslaus stimulis conscientie exagitatus, nec cibum, nec somnum capere valuit, factusque omnibus odiosus, in Hungariam transtulit coactus. Ubi secundo exilii anno languore & amencia percussus, in sylvis à propriis canibus est devoratus. Ita in se perpeffus est, iusto Dei iudicio, quod B. Stanislaus struxerat, canibus & avibus devorandum projiciens: *Iustus es Domine, & rectum judicium tuum.* Sed etiam revelatum fuit quibusdam viris religiosis, regnum Poloniae in tot factiones distractum iri, in quot partes B. Stanislaus corpus fuerat dilaniatum, in ultionem necis ejus. Quod verissimum fuisse, rerum successus satis declaravit. Ita Scriptor vitæ ejus apud Surlum, 7. Maij.

His conformiter certavit usque ad mortem & sanguinem pro veritate & castitate S. Lambertus, divinaque ultio aperte pro eo pugnavit, & ejus inimicos expugnavit. Effusus est sanguis ipius pro limpidissimam petram, non super terram, ut possit operari.

Ezech. 1. 4. operiri pulvere, ut verbis Prophetae Ezechielis utar. Qui iustum opprimet, quasi in limpidissimam petram sanguinem fundit. Nulla unquam operietur terra, sed omnium oculis patebit; quanto magis Dei? An vero oculus Deihoc inultum facit? An non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebis in illis? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Petra ergo limpidissima erat Lambertus, super quam edificari debebat LEGIA SANCTA. S. R. ECCLESIA FILIA. Sic sanguis super petram effusus, non potuit operiri pulvere. Lapis erat & petra, in quam qui impinget, corrumpet; super quem autem ceciderit, confringetur. Si sanguis Zachariae exquiritur, quia fusus fuit inter templum & altare typicum; quanto magis hic sanguis profusus impietissimè in templo coram altari, in quo prius oblatum erat sacrificium illud sanctissimum, omnium sacrificiorum veterum impletivum.

Sanguis ergo iste clamabat, vel ad Deum vindictam, vel ad impios poenitentiam: sed quia noluerunt amplecti poenitentiam cum piis lamentis, inciderunt in vindictam cum terribilibus tormentis. Sic Deus pro Martyre pugnavit, & eius hostes expugnavit. Quid verò de Alpaide, qua crecenti flagitii radix fuerat & incentrix? ut offendat Dominus, quod sicut sanguis suus ab impiis profusus, sic & Martyrum suorum sanguis, magis postulet veniam, quam vindictam, melius loquens quam Abel, Alpaidem petre non voluit, sed ad poenitentiam converti, & misericordiam impetrare, illo ipso Martyris sanguine; quem per impios fuderat, apud Deum pro ipsa intercedente. Videns ergo ultionem horrendam, in fratrem suum & scelestis complices coelitus descendente, aperuit oculos, & adulterinis renuncians amoribus, in locum poenitentiae secessit, ex sibi hereditatis bonis Monasterium excitans à fundamentis in Oripa magna, ibi se ab omni saeculi vanitate & illeceamentis legregans, lachrymis instar Magdalene poenitentis indulsit, & petui claustris austeritate solitudine se condemnavit. Accitis igitur è Nivella Virginibus, ad extremum usque vitam poenitentiae speculum & exemplum se exhibuit.

Pugnavit itaque contra eam Deus, sed feliciter expugnavit, adeo admittibili conversione eam sibi subiciens, & Martyri supplicem reddens. Quapropter hic possumus cum Psalmista inclamare: Venite & videte opera Dei, terribilis est in consiliis super filios hominum. Quod interpretans S. Gregorius hom. 4. in Evang sic subdit: Vidit Propheta, quod alius misericorditer vocatur, alius iustus in exigente repellitur, & quia alia parcendo, alia Dominus irascendo disponit, exparit; quod penetrare non potuit. Et quem non solum investigabilem in quibusdam suscipiens, sed etiam inflexibilem vidit, terribilem in consiliis esse memoravit. An non hoc ipsum hic certamus in Alpaide, & fratre eius Dodone, ac confortibus? Hi iustitiae exigente plebsurum dicitur: illa

miseritiam invenit, & fit ei Deus propitius. O Deus terribilis in consiliis super filios hominum! Venite, videte, admiramini opera eius, qui creat lucem & tenebras, & quando vult, de tenebris potes lucem educere.

EODEM FESTO.

LEGT. 49.

Laudemus viros gloriosos, parentes nostros in generatione sua. Eccl. 4. 4.

illi, qui in Patres & Patronos nobis à Deo dati sunt, si munere fungimur Filiorum & Clientum, non solum nos in protectionem suam suscipiunt, nos ad amant, laudandos nobis opitulantur, & quadam ratione nos continet, sed & imitantur, donec aeternae gloriae renascamur. Quatandos, propter possunt cum Apollolo dicere: Filii, quos Gal. 4. parturio donec formetur in vobis Christus. Ut enim Christus & eius gratia in nobis formetur, sua nos adjuvant doctrina & admonitione, quam tanquam semen sacrum reliquerunt animis nostris intercedendum, ut tandem sese exferat in fructum, adjuvant quoque exemplis virtutum nobis relictis, adjuvant denique concinna apud Deum intercessione. Tria igitur eis debemus, quia Patres sunt.

Tria SS. Patronis debemus. 1. Affectum & honoris. 2. Mala.

Primo quidem, debemus eis affectum & honorem, recolendo scilicet eorum memoriam cum amore & devotione. Unde & illud possunt nobis dicere: Sigo Pater vester, ubi est honor meus? Hic affectus se prodit, dum imagines & aras erigimus in eorum honorem, dum festa eis dicata devotè celebramus, dum lumina, in signum laetitiae de gloria ipsorum, accendimus, dum reliquias sacras, vel monumenta, ab eis relicta, & quicquid ad eos quacunque ratione spectare potest, veneramus, dum genibus flexis eorum preces postulamus, vel vota eis nuncupamus.

Secundo, laudem eis debemus & benedictionem:

Memoria iusti cum laudibus, nomen impiorum preterit, inquit Sapiens. Laudemus viros gloriosos, parentes nostros, ait idem. Si memoria Josia patris Regis, quicquid Patrem plebis suae amantem exhibuerat, tanta cum odoris suavitate, tantaque cum benedictione & laude celebrabatur, ut dicat Ecclesiasticus: Memoria Josia in compositionem odoris facta opus pi-

Laudem & benedictionem. Prov. 10. Eccl. 49.

mentarii in omnino quasi mel indolcabitur, & quasi musca in convivio vini. Id ipsum majore ratione convenit fieri, dum memoria agitur eorum qui Patres nostri sunt in generatione sancta. Nimirum memoria eorum debet instar mellis labris cordis suavitè ruminari, ut cor dulcedine affectum eructet verbum bonum & suavitèr, in laudem & benedictionem eorum. Nam & ratio, quae pro Josia affectus, illis etiam convenit: Ipse est directus deus in virtute in poenitentiam gentis. Et sicut ab emendatione impietatis, & gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum correderat veritatem. An non hoc ipsum S. Lamberto convenit, & aliis Ecclesiasticum Patronis? An non sicut de Josia referuntur

